ne crebra, vel quasi ludibriosa [1] sint curatoris creatio, & frequenter tam nascatur [2], quam desinere videatur. Dat. Kal. Septemb. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De furioso in potestate patris constituto. 1. De hereditate furiosi adquirenda. De curatore dando, & cautione ab eo præstanda & inventario conficiendo.

7. Idem A. Juliano P. P.

CUm furiosus quem morbus detinet perpetuus [3], in sacris [4] parentis [5] sui constitutus est: indubitate curatorem habere non potest: quia sufficit ei ad gubernationem rerum quæ ex castrensi [6] peculio, vel aliter ad eum pervenerunt, & vel [ante furorem] ei acquisitæ sunt, vel in furore obveniunt, vel in his quorum proprietas ei tantummodo competit, paterna verecundia: Quis enim talis adfectus extraneus inveniatur, ut vincat [7] paternum? vel cui alii credendum est res liberorum gubernandas, parentibus derelictis? Licet Tertullianus [8] juris antiqui interpres libro singulari, quem *de castrensi* [9] *peculio* condidit, tali tractatu proposito videatur obscure eandem attingere sententiam, nos tamen hoc apertissime introduximus. §. 1. Sin autem parentes ab hac luce decedere contigerit: nostra constitutio [10], quam promulgavimus de his quæ in testamento furioso [11] relinquenda sunt, vel substitutione [12] eorum in suo robore permaneat. §. 2. Sin vero [13] perpetuo furiosus sui juris sit: tunc in paterna [14] quidem hereditate quæ quasi debita [15] ad posteritatem suam devolvitur, nulla est juri veterum dubitatio: cum illico [16] appareat, & suus [17] heres existat suis parentibus. §. 3. Sin autem ex alia quacunque causa hereditas ad eum, vel successio pervenat: tunc magna & inextricabilis vetustissimo jure dubitatio exorta est: sive adire hereditatem, vel bonorum possessionem petere furiosus possit, sive non, & si curator ejus ad bonorum possessionem petendam admiti debeat, & juris auctores ex utroque latere magnum habuere certamen. Nos itaque utramque auctorum aciem certo fœdere compescentes, fancimus [18] furiosum [19] quidem nullo modo posse, vel hereditatem adire, vel bonorum possessionem agnoscere: curatori autem ejus licentiam damus (immo magis necessitatem imponimus) si utilem [ei] esse successionem existimaverit, eam bonorum possessionem agnoscere, quæ antea ex decreto dabatur, & ad similitudinem bonorum possessionis habere: cum [20] petitio bonorum possessionis Constantiniana [21] lege sublata [22] sit, & ab eo introducta observatio [quæ pro] antiqua sufficit petitione. §. 4. Sed cum antiquitas in curatore furiosi multas ambages constituit, quemadmodum ab eo cautio, vel satisdatio detur: vel pro quibus rebus, & quibus personis, & si omnis curator talem præstet cautelam: necessarium nobis visum est, ut humano generi consulentes, omnem quidem obscuritatem & inextricabilem circuitum [23] tollamus, compendiosoque autem, & dilucido remedio totum complectamur. Et prius de creatione curatoris, qui furiosis utriusque sexus datur, fancientes, tunc & aliis certum finem imponemus. §. 5. Et si quidem parens [24] curatorem furioso, vel furiosæ in ultimo elogio heredibus institutis, vel exheredatis dederit, ubi & fidejussionem [25] cessare necesse est, paterno [26] testimonio pro [ejus] satisdatione sufficiente: ipse qui datus est, ad curationem perveniat: ita [27] tamen, ut in hac florentissima civitate apud Urbicariam Præfecturam deducatur: in provincia autem, apud præsidem ejus, præsente etiam, tam viro religiosissimo locorum antistite, quam tribus primatibus, & actis intervenientibus, tactis sacrosanctis Evangeliis, edicat *omnia se recte, & cum utilitate furiosi agere, & neque prætermittere ea, quæ utilia furioso esse putaverit, neque admittere quæ inutilia existimaverit.*

In AUTHENT. ut hi qui obligat. §. pen. col. 6. tit. 1. al. 2. Novell. 72. cap. ultim.

Quod nunc generale est circa omnes curatores, ut jurent quidem, non tamen a vatiociniis sint exempti. † *Idem est in tutore.*

[Et] inventario [28] cum omni subtilitate publice scripto, res suscipiat, & eas secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium ad similitudinem tutorum & curatorum adulti. §. 6. Sin autem testamentum quidem parens [ejus] non confecerit, lex [29] autem curatorem utpote agnatum vocaverit, vel eo cessante, aut non idoneo forsitan existente, ex judiciali [30] electione curatorem ei dare necesse fuerit: tunc secundum præfatam divisionem in hac quidem florentissima civitate apud gloriosissimam Urbicariam præfecturam creatio procedat. Sed si quidem nobilis [31] sit furiosi persona: etiam florentissimo Senatu [32] convocando, ut ex inquisitione curator optimæ atque integræ opinionis nominetur. Sin vero non talis persona sit: etiam solo viro gloriosissimo Præfecto Urbi præsidente hoc procedat. Et si quidem curator substantiam idoneam [33] possideat, eo sufficiente ad fidem gubernationis, & sine aliqua satisdatione nominationem ejus procedere. † Sin autem non talis ejus census [34] inveniatur, & tunc fidejussio [35], in quantum possibile est, ab eo exploretur, creatione omnimodo sacris scripturis [36] propositis in omni causa celebranda: ipso autem curatore, cujuscunque vel substantiæ, vel dignitatis est, præfatum sacramentum [37] pro utiliter rebus gerendis præstante, & inventarium [38] publice conscribente, quatenus possint undique res furiosi utiliter gubernari. † In provinciis etiam his omnibus observandis, ut apud Præsidem cujuscunque provinciæ, & virum [39] religiosissimum Episcopum civitatis, nec non tres primates memorata creatio procedat: eadem observatione & pro jurejurando, & pro inventario, & satisdatione & hypotheca [40] rerum curatoris modis omnibus adhibenda. §. 7. Tali itaque ordinatione in curatore furiosi disposita, si quid postea [41] ad furiosum pervenerit, sive ex hereditate [42], vel successione, vel legato, vel fideicommisso, vel alio quocunque modo hoc furioso accedat: & cum alia ejus substantia manibus curatoris tradatur, inventario etiam super [43] his omnibus rebus [scilicet] faciendo: & sub ejus cura custodiatur, quatenus si quidem resipuerit furiosus, & acquisitionem admiserit [44], ipsi restituatur. §. 8. Sin autem in furore diem suum finierit, vel ad suam sanitatem perveniens eam repudiaverit [45]: si quidem [46] successio est, ad eos referatur (volentes [47] tamen) id est, vel ad substitutum [48], vel ab intestato heredes, vel ad nostrum ærarium [49]: eo scilicet observando, ut hi veniant ad successionem, qui mortis [50] tempore furiosi propinquiores existant ei, ad cujus bona vocabuntur, si non in medio esset furiosus, omni satisdatione, vel cautione quam per inextricabilem [51] circuitum veteris juris auctores induxerunt, radicitus excisa: legatis [52] autem proculdubio, & fideicommissis, cæterisque acquisitionibus furioso acquirendis, & substantiæ ejus aggregandis. §. 9. Sin autem ipse resipuerit, & ea admittere noluerit, & aperte hæc respuerit, vel heres [53] ejus hoc fecerit: a substantia ejus illico separandis, quasi nec fuerint ab initio ad eum devoluta: & per legitimum tramitem ambulantibus, substantiam furiosi neque prægravantibus, neque adjuvantibus. §. 10. Sin autem curator furiosi secundum nostram legem nominatus decesserit: sub eodem modo, eademque [54] observatione alius [55] creabitur: quemadmodum & si suspectus [56] reperiatur, alter furrogetur: quod & veteribus legibus placuit.

§. 11. Hæc autem omnia, quæ de creationibus curatorum per novam definitionem introducta sunt, futuris [57] casibus imponantur: & neque antea facti curatores removeantur, neque aliquid eis novum accedat, sed antiquo ordine statuti in antiquos (quantum ad creationem) permaneant terminos: cautione videlicet, vel satisdatione quæ antiquitus fuerat introducta, super postea venientibus ad furiosos succellinobius minime præstanda. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

1 Ludibrio est frequens personæ mutatio. 2 Perpetuum aliquid interdum constituitur, vitandæ nimiæ frequentiæ causa. 3 De furore perpetuo dixi ad *l. 6. §. h. t.* 4 *Sacris perpetuis parentis, Hal.* Filiifam. in sacris parentum erant. *l. tit. §. 2. §. de ingeff. l. 20. §. de nuptiis, l. 3. verf. Sin vero. l. de bonis matern. l. ult. §. 1. verf. Sin vero. l. ad SC. Tertyll. l. 2. verf. prefpiciendum. J. de bonis quæ lib. l. 12. J. de collat. l. penult. §. 1. J. de adopt.* ut & adoptati. *8. Valer. 7.* at non emancipati. *l. 31. infr. de fideicomm. l. 1. §. 2. infr. de annuis except. l. 13. infr. de legitim. hered.* Sacra parentis, pactis potestas. His adde quæ dixi ad *lib. 1. 12. tab. c. de sacris privatis.* Glossis in sacris parentum esse: est ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν πατρῶν εἶναι. 5 Pater filiofamilias furioso curator legitimus. 6 Castrense hoc peculium filii pater non administrat ut pater, & usumfructum in eo habens, sed ut curator filii furiosi. 7 Nullus affectus vincit paternum. facit *l. 27. fupr. de epifcop. aud. l. 9. J. de impub. & aliis. l. 67. §. 1. in fin. ff. de rebus. l. quidam, cum filiaem. 46. ff. de hered. inft.* 8 Tertullianus is est (qui & Septimius Florens Tertullianus) natione Afer, patria Carthaginiensis, qui de religione Christiana complures libros antiquissimus scriptit, quemque & exercitatum in legibus Romanis fuisse scribit Eusebius *2. hiftor.* 2. cujus rei ejusdem libri indices clari sunt, translationibus ex jure sumptis referrissimi. Visit autem sub Severo & Antonino: libros questionum octo compofuit, ut ex indice colligere possimus Τιγκυλλιανὸς Quæstionum βιβλία ὀκτώ. Citatur *questionum* ejus *liber primus* in *l. 27. ff. de legibus. l. 28. ff. de acquir. vel amitt. poff.* quartus in *l. 30. §. 6. ff. de acquir. vel omitt. hered.* Citatur etiam liber ejus *de peculio*, mox ut dicetur: Citantur & alii incerti in *l. 3. §. 2. ff. de hered. infitit. l. 2. §. 44. ff. ad SC. Tertullian.* Quidam consulem eum fuisse feribunt. Fuerunt præter Tertullianum alii Jurisconsulti Christiani, veluti Licinius Rufinus & Aurelius Arcadius, Charilius, vide Quinctum 7. *obfervat. 2. in fin.* Anton. August. *lib. II. nominibus propriis τῶν πανδεκτῶν Florentini.* 9 Citatur a nostris Tertulliani liber singularis de castrensi peculio in *l. 23. ff. de teftam. milit. l. 4. ff. de caftrenf. peculio. l. 10. §. 19. ff. de impub. & aliis fubftitut.* 11 Pater poteft furiosi fubfituere pupillariter eiqur curatorem relinquere. 12 Subfitituere exemplariter filio furiosio pater potest: fed & curatorem ei relinquere. 13 Hereditas patris intestati defertur ad filios quantumvis furiosos. 14 In extranea non idem. *l. 63. ff. de adquir. vel omitt. hered.* 15 *l. ult. §. pen. infr. de cedicillis. l. 1. infr. de impuberis. lucrat. defcript.* adde *l. 7. in pr. ff. de bonis damnat.* 16 *l. 8. infr. de jure delib.* 17 Suus heres pater mortuo, filius etiam furiosus censetur, *ut hic:* adeo ut curator ei teftamento a patre relictus curam ejus gerat, neque opus fit novum a magistratu petere, nisi, ut Balbus notat, fubftitutum vulgarem, vel coheredem extraneum haberet: cum in pupillo ita fit. *l. 1. §. fupr. de teftam. tut.* Quid? furiosus filius, ut ita patri fuus fit heres, transmittitne, hoc est, potestne moriens in furore eam hereditatem transmittere? Accursius negat: putat enim filium furiosum in his suum heredem censeri, ut curator eius possit administrare, fine immixtione: fic ut necesse non habeat bonorum possessionem nomine filii petere; verum Balbus putat furiosum esse hereditatem quinque transmittere: *ut in l. apud. 8. infr. de fuis.* Et tamen idem Balbus in *§. tali. J. h. t.* differentiam facit hereditatis paternæ furiosio delatæ, ab extraneis confluentes. Priorem transmitti putat, non posteriorem, inquam, licet legata a fideicommissa transmittantur. Dissentit Cujacius in eo rationem constituit, quod hereditas extranei non adquiratur ipso jure: hereditas vero ipso jure adquiratur: ideoque ubicunque hereditas ipso jure adquiritur (ut in filio), ibi transmissionem quoque fieri, & hanc communem interpretum opinionem esse. 18 Hic §. habetur pro 21. decisione ex quinquaginta Novis Justinianeis, Inglosis. Pro intellectu vid. Bellon. *lib. 4. disputat. cap. 2. Anf.* 19 Si hereditas extranei delata est furiosio, non petit bonorum possessionem: fed ejus curator. Idem in pupillo. *l. 9. §. 3. l. 11. ff. de auct. tut. §. 1. Infr. de auct. tut.* 20 Formularis scilicet. 21 *l. 8. l. ult. J. qui admitti ad bon. possess. §. ult. Infr. de bon. possess.* 22 V. *d. l. 8.* 23 Circuitus inextricabiles vitandi: fit enim male per plura, quod potuit fieri per pauciora. 24 Parens liberis majoribus vigintiquinque annis furiosis testamento curatorem dare potest. 25 Curator testamentarius furiosi non fatisdat. *l. 27. fupr. de Epifcop. aud.* 26 *d. l. 27.* Testimonium paternum pro fatisdatione sufficit. *Infr. de fatisdat. tut. in pr.* non poteft honefte a liberis refpui. *l. ult. fupr. de SC. Maced.* 27 Quænam solennitates observandæ a curatore testamentario furiosi. 28 Inventarium exactum curator furiosi facere debet. *d. l. 27. l. 7. ff. de admin. & peric. tut.* 29 Lex, *ut officio præfid.* dixi ad leges 12. Tabul. *lib. 2. tit. de tutor. & curat.* 18. *c. de curat. furiofi.* 30 Poft teftamentarios. §. 5. *fupr. h. t.* & legitimos. §. *h. t.* dativi fuccedunt curatores. 31 V. *l. un. fupr. de tut. vel curat. illuftr.* 32 Id ut fiat, vid. *d. l. un. in pr.* 33 Idoneus atque honestus non fatisdat. *l. 15. ff. qui fatisd.* 34 Census pro bonis hic accipitur. 35 Fidejubent dativi curatores quorum non est idoneus ita locuples persona. 36 Creatur curator facris fcripturis propofitis. 37 Curatores juranti de reta administratione & re pupilli falva. 38 Curator (etiamsi pater fit) pupilli prædia alienare fine decreto non potest. *l. 7. §. 3. ff. h. t.* 39 Curatorem furiosio fine prætentia episcopi & privatum hodie recte dari, notat Bartolus, ex §. *furiofi. 7. Inftitut. de curator.* quod liber Inftitutionum hoc Codice poftfert fed hoc amplius adjicit, hac parte præfentem legem confuetudine non fervari. *c. 2. extra de treuga & pace.* 40 Furiosi in bonis curatorum fuorum tacitam habent hypothecam. *d. l. 27. in fin. l. 20. fupr. de adminiftr. tut.* 41 Vid. Bellonum *l. 4. fupra. c. 3.* Wahtherum *lib. 2. Miffcell. c. 24.* Mod. 42 Curator delatam furiosio hereditatem potest agnoscere. 43 Curator inventario tenetur addere novas hereditates furiosio delatas, facit *l. 9. §. ult. ff. de admin. & peric. tut.* 44 Furiosus si resipuerit, agnitam hereditatem a curatore repudiare vel admittere potest. *ut hic, & §. 8. infr.* Quid si non admiferit, fed antequam admiteret, in furore decesserit? dic ut *§. 8. infr. h. t.* 45 §. 7. §. *h. t.* 46 Hereditatem extranei fibi delatam furiosus non transmittit ad heredes. Hic enim hereditas extranei furiosio delata, eo in furore moriente, defertur ad ejus fubftitutos: vel ad heredes ab intestato extranei defuncti, *ut hic.* Quid legata & fideicommissa? transmittuntur. *verf. legatis. infr.* Cur tam varie? dixi ad §. 2. *in fin. §. h. t.* Quid fi hereditas patris furiosio fuo delata est? ibidem dixi. 47 Vide *l. 16. J. de jure deliber.* 48 *l. 51. ff. de hered. pet.* 49 Vide *l. 12. in fin. ff. de non numerat. pecun.* 50 Proximus ut quis dicatur, mortis tempus fpectatur. §. 6. *fupr. de legitima adgnat.* dixi ad *l. 12. tab. tit. de heredit. ab inteft.* 51 Et ita abrogatur pars *l. 1. ff. de bon. poff. furiofi &c.* 52 Furiosio legata sibi delata recta via ab intestato transmittuntur ad heredes: hereditatem nil aditum non transmitti. Ratio hæc esse potest: recta via dominium legati adquiritur. *l. 64. in fin. ff. de furtis:* in adeunda vero hereditate animo opus est. *Infr. de hered. quæ. in fin.* 53 Heres furiosi res ei delatas repudiare potest. 54 In fubrogato curatore furiosi conftituendo eadem folennitas requiritur, quæ in ab fervata eft cui fit fubftitutio; quod in fubrogatione variis generibus fiunt enim multa & varia: fummæ observandum. 55 In locum mortui curatoris furiosi, creatur alius. adde *l. 3. fupr. qui petant tut. l. 4. fupr. in quibus cafib. tut. deb.* 56 *l. 2. l. 3. l. 5. ff. de fuspectis.* 57 Dixi ad *l. 7. fupr. de legibus.* adde *l. penult. fupr. mandatum. Novell. 118. c. 1.*

TIT. LXXI.

DE [1] PRÆDIIS [2] ET ALIIS [3] REBUS MINORUM SINE [4] DECRETO NON ALIENANDIS [5], VEL OBLIGANDIS [6].

De distractione pignoris.

1. Imp. ANTONINUS A. Minutiano.

VEnditio quidem prædii, quod jure pignoris [7], vel in causa judicati [8] captum & distractum est, ad Senatusconsultum [9] quod de non alienandis prædiis pupillorum, vel adolescentium, nisi auctore Prætore, vel Præside provinciæ factum est, non pertinet: sed [10] si etiamnum in ea ætate es cui subveniri solet, aditus competens judex, an te in integrum restituere debeat, præsente [11] diversa parte, causa [12] cognita dispiciet. PP. 13. Kal. Decemb. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Si tutor, vel curator sine decreto vendiderit.

2. Imp. GORDIANUS A. Clearcho, & aliis.

NOn est vobis necessaria [13] in integrum restitutio, si tutores [14], vel curatores vestri possessionem, licet pignori nexam, vendiderunt [sine decreto.] Quod si creditores [15] id fecerunt: ita demum juxta formam Edicti beneficium tibi impertietur, si fraudulenta [16] venditione, participante [17] consilio emptoris, damnum tibi inflictum esse doceatur. PP. 3. Kal. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Pater non potest alienare rem filii sine decreto. Bald.

3. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Theodosiano, & aliis.

CUm emancipatis vobis prædium acquisitum foret, alienari a patre [18] eodemque curatore sine Præsidis auctoritate non potuit: maxime si tanquam [suum [19] esset non tanquam] pupillare, vendiderit: itaque illibata vobis perfecutio [20] ejus manet. PP. 3. Non. Januar. TUSCO & BASSO CONSS. 259.

De venditione, transactione, permutatione, donatione, & aliis modis alienandi.

4. Iidem AA. Mithridati.

NOn solum [21] per venditionem rustica prædia, vel suburbana pupilli, vel adolescentes alienare prohibentur: sed neque transactionis ratione, neque permutatione, & multo [22] magis donatione [23], vel alio [24] quoquo modo ea transferre sine decreto a dominio suo possunt: Igitur, & tu si fratribus tuis per transactionem fundum dedisti, vindicare eum potes: [sed &] si quid invicem ab eis ex eodem pacto consecutus es, id mutuo [25] restituere debes. PP. 15. Kal. Maji, SECULARI II. & DONATO CONSS. 261.

De obreptione.

5. Iidem AA. Sereno.

ET si Præses provinciæ decreverit alienandum, vel obligandum pupilli suburbanum [26], vel rusticum prædium: tamen actionem pupillo, si falsis [27] allegationibus circumventam religionem ejus probare possit, Senatus reservavit: quam exercere tu quoque non vetaberis. PP. 3. Kal. Maji, SECULARI II. & DONATO CONSS. 261.

De causa alienationis probanda.

6. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Varo.

MInorum possessionis venditio per procuratorem delato ad Prætorem, vel Præsidem provinciæ libello [28] fieri non potuit: cum ea res confici recte aliter non possit, nisi [29] apud acta causis probatis [30], quæ venditionis necessitatem inferant, decretum solenniter interponatur. S. Non. Maji, CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De resolutione donationis.

7. Iidem AAA. Isidoro.

SI ad resolvendam [31] donationem quam in emancipatum te pater contulerat, minor viginticuinque annis cautionem [32] ei emisisti: cum hujusmodi scriptura contra Senatusconsulti [33] auctoritatem data sit, non oberit juri tuo. PP. 6. Idib. Decembr. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De donatione propter nuptias.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Theodotæ.

PRædia rustica quæ contra Senatusconsultum data esse ante [34] nuptias sponsaliorum nomine, precum tuarum confessio ostendit: cum proprietas ad te propter juris interdictum transire non potuerit, in dominio mariti permansisse palam est. PP. 3. Non. Novembr. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

Si curator prædium distraxerit, & res suas evictionis nomine obligaverit.

9. Iidem AA. Mutiano.

ETsi is, quem prædium rusticum minoris distraxisse affirmas, curatoris officio functus id fecit: venditio tamen contra Divi Severi [35] Orationem facta, Præsidis sententia non immerito rescissa est. Pignora sane quæ ob evictionis periculum idem curator ex rebus propriis [36] tibi obligavit, non prohiberis persequi. PP. Non. Novembr. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

De rei venditæ vindicatione, & pretii restitutione.

10. Iidem AA. Grato.

PRædiorum, quæ fine decreto alienata sunt, dominium tibi persequenti Præses opem feret: apud quem si illuxerit, non universa pretia quæ curatori tuo data sunt, in patrimonium tuum processisse [37], pro [38] ea duntaxat pecuniæ parte [te] convenirі permittet, quam in facultates tuas erogatam esse constiterit [39]. S. 6. Id. August. ipsis AA. CONSS.

De decreto & de pretii quantitate.

11. Iidem AA. Trophimo.

SI quidem sine [40] decreto [41] minor annis patronus tuus rusticum prædium venundedit: supervacuum est de vili pretio tractare, cum Senatusconsulti auctoritas retento dominio alienandi viam obstruxerit. Si vero jure [42] interposito decreto venditionem [43] vili pretio ejus possessionis, cujus vires ignorabat, fecit; juxta perpetui Edicti auctoritatem in integrum restitutio, causa [tamen] cognita, præbetur. S. 12. Kal. Decembr. ipsis AA. CONSS.

De ære alieno.

12. Iidem AA. & CC. Leontio.

OB [44] æs alienum [45] tantum [46] causa cognita Præsidiali decreto prædium rusticum minoris provinciale distrahi permittitur. Dat. 2. Kal. Maji, *Heracliæ*, CC. CONSS.

De prædio vectigali, vel patrimoniali, sive emphyteutico.

13. Iidem AA. & CC. Zenophilæ.

1 *L. 27. D. 9.* 2 Rusticis, suburbanis. *l. 1. ff. h. t.* 3 Puta prædiis urbanis *l. 22. fupr. de adm. tut.* mancipiis urbanis & rusticis, mobilibus pretiosis. dixi ad *d. l. 22.* 4 *l. 11. infr. h. t.* 5 *l. 4. J. h. t.* 6 *l. 1. l. 2. infr. h. t.* 7 Contrahi a parte. 8 Prohibitio alienationis rerum pupillarium, ad venditiones necessarias non pertinet. *l. 1. §. 2. l. 3. §. 1. ff. h. t. l. 9. ff. de minorib. l. 1. §. 8. ff. advers. trend. pign.* 9 Cujus fit mentio in *l. 7. infr. h. t. l. 1. §. 1. §. 2. ff. h. t.* 10 Minor potest etiam fecundum decretum, licet adverlus id restituatur: vide *l. cum & minores. 4. §. ff advers. rem judic.* 11 *l. 13. in fin. l. un. ff. de minorib.* 12 *l. 11. §. 3. ff. de minorib.* 13 Quoties ipso jure venditio nulla est, restitutio minori non est necessaria. *l. 11. infr. h. t.* 14 Rem pupilli creditoribus obligatam tutori vel curatori vendere fine decreto non licet. 15 Creditor rem minoris fibi obligatam jure potest vendere. *l. 1. §. 2. l. 7. §. 1. ff. h. t.* vendere, inquam, ilque fine decreto, quod tamen tutoribus, & curatoribus non licet. Cur tam varie? An quia res de qua hic agitur, manserat in bonis pupilli, ideo fine decreto a tutoribus alienari non potest: ut putat Vinnius *c. 1. non fatum. 67. §. Sed videamus. §. ff. de reiu.* An potius quod tutores & curatores vendunt nomine ipsius minoris: ut quemadmodum ipse minor fine decreto non potuit alienare, ita nec tutor. *arg. l. minor. 51. ff. de procurat.* Creditor vero rem minoris vendendo, eam jure fuo distrahit, ut mirum non sit decretum aliud non exigi, cum sufficiat femel, tempore obligationis fcil. cum res eft obligatur, decretum interpofitum fuiffe. Hæc ratio magis probanda eft. Nam fi vera Valqui ratio eflet, ne quidem creditor fine decreto rem minoris alienaret hac lege: quam tamen recte distrahit. 16 Aut fi citra fraudem multum detrimenti passi fint minores. *l. 1. fupr. ff advers. vendit. pign. l. 4. §. de reiu alien.* 17 Fraudulenta venditio eft, quoties venditor cum emptore colludit. *l. 6. ff. h. t.* vide *l. 46. ff. de fideiufforis.* 18 Curator (etiamsi pater fit) pupilli prædia alienare fine decreto non potest. *l. 7. §. 3. ff. h. t.* 19 Curator rem pupilli nomine pupillari fine decreto alienare non potest: multo minus propio nomine. 20 Vindicatio. *l. 2. J. fi quis ignorans rem min.* 21 Alienationis verbo continetur transactio, permutatio, donatio. *l. 16. ff. de fundo dotali.* adde *l. 28. l. 67. D. de verb. fign.* Goth. Interpretat. hujus legis vid. apud Leonin. *emendat. lib. 3. cap. 3. n. 4.* Anf. 22 Cui non licet de prædio transfigere, aut permutare, eidem prædium donare non licet. 23 Etiam propter nuptias, dotem, annus fuorum cultarium habens hypothecam. 24 Renunciare juri hypothecæ minorem non posse hinc colligitur. 25 *l. unic. §. de reputat.* 26 Quid in urbano? dixi ad *l. 22. fupr. de adminiftr. tut.* 27 *l. 1. fupr. fi tut. vel cur. fafiat alienationem.* Falsa allegatio, obreptio, obscriptio. *l. 1. §. 2. in fin. l. 5. §. 15. D. h. t.* 28 Procurator non potest conflitui ad petendum interponi decretum super alienatione rei minoris. Accurtius, Baldus *ibi*, & Rolandus a Valle *1. conf. 35. n. 21.* facit *l. 9. D. de off. proconf.* aliud eft in petenda restitutione. *l. 21. in fin. D. de minor.* & executione tutoris proponenda. *l. 25. D. de excusf. tut.* 29 Alienationis causas propon coram judice non fufficit: eft enim præterea necesse, ut apud ada causae alienationis probentur. *l. 5. §. 14. D. h. t.* 30 Causa cognita. *d. §. 14. l. 11. D. h. t.* 31 Id eft, repudiandam. Quæ minor alienare non potest fine decreto, ea nec repudiare fine decreto potest. Sed verisimilius, imo verius eft hic agi de pacto resolutorio donationis: hoc ipso fine decreto. Filiusfamilias non potest, & interpretatio fine consensu patris ad retro donationem faciendam donatori: quia cum femel jus quæsitum minori fuerit in re immobili, jus aliud a fe abdicandi fine decreto amplius non habet. *l. 1. in fin. l. fed fi pecunia. 3. §. 8. ff. mag. l. magis puta. §. 8. fundum. §. D. de reiuu cur.* Goth. Conciliationem hujus legis cum *l. 1. D. h. t.* vid. apud Leonin. *Emendat. lib. 3. cap. 3. num. 2.* Anf. 32 Cautio prædii donati, res immobilis: rei vero mobilis, inter mobilia refertur. Et ita adio, cautio, obligatio & instrumentum, res mobilis, vel immobilis dici potest, ut res eft quæ in obligationem, nomen, cautionem vel instrumentum deducta. 33 *l. 1. §. 8. ff. h. t.* Imo id tributur orationi D. Severi. *l. 1. J. ff. h. t.* Senatus auctoritas est ab unius dominatu per Julium Cæsarem occupata, valde fracta, & imminuta eft, a bonis tameu Principibus interdum fervata, quod quæ conflituturi eflent oratione complectebat, de his cenfuit arbitrium fenatui reliquerunt: quemadmodum videre possumus in variis Principum orationibus. *l. 8. ff. de trauscat. l. 1. l. 2. J. ff. de fortis. l. 1. ff. de fugitivis. l. 16. ff. de fponfalibus. l. 32. ff. de don. int. vir. l. 1. §. 3. ff. ne de ftatu defunct. l. 4. ff. fi libertas ingenuus esse dic.* Eas orationes fenatusconsulta fequebantur. dixi ad *l. 16. D. de reiu.* Hinc fit, ut quod uno loco oratione inducitum traditur, id alio loco fenatusconsulto introductum dicatur: ut ne quis illis locis ullam ἀστρωμαλίαν putet. Sic oratione & fenatusconsulto introductum dicitur, Ne quis fine auctoritate prætoris transigat de alimentis testamentum, *ut hic. l. 1. l. non fit. 12. ff. h. t.* Ad eum modum oratione conflituta, trilunium fenatusconsulto. Ulpian. *26. §. 7. l. pen. ff. ad SC. Tert.* & e contra *l. 1. C. de interdict. quæ vir. C. l. non fatum. 67. §. Sed videamus. §. ff. de reiu.* 34 Immobilia minoris prætoris. *l. 22. fupr. de adminiftr. tut. l. ult. in fin. J. fi major fact. alien.* fine decreto non donari non possunt. *l. 4. fupr. h. t.* possunt tamen donari propter nuptias cum decreto possunt, *ut hic:* adde quæ dixi *d. §. J. de don. propter nupt.* Quid? mobilia possuntne donari propter nuptias? Ut possunt: modoratæ tamen, & ita accipe *l. 1. §. ff advers. donat.* Quippe d. lex cum nostra lege, unius conflitutionis duæ funt partes: *ff advers. donat. fpont. fac.* Potest & illud addi, Minori viginticuinque annis permitti donationem ejus, a quo heres inflitutus eft ab hostibus redimendi causa *Novell. 114. cap. 3. §. 13.* adde Cujac. *7. obf. 24.* adde quæ fcripfi ad *l. 3. in fin. J. fi major factus.* 35 *l. 1. ff. h. t.* 36 Tutor pupilli fine decreto alienans, venditionis nomine res proprias obligat. Pupillus eo casu rem fuam recte evicit: nec tamen curatoris obligatio eadem non eft ratio. 37 Id eft, verum fuiffe. 38 Minor vindicans fua prædia non jure alienata, pretium restituere tenetur, quatenus in eius utilitatem versum probatur. *l. 32. §. 4. ff. de adm. & peric. tut.* 39 Verum fuiffe, probare emptor teneter, non fuiffe verum dicere, ipsi minori fatis est. adde *l. 16. J. h. t.* Apertius dicendum eft: Emptori probationis onus incumbere, fi tutori vel curatori, *ut hic:* non fi ipsi pupillo pecunia eft foluta. *l. 16. J. l. 9. §. 4. ff. de furetur.* Quod de emptore dictum eft, locum non habet in creditore, cui fine distinctione probandi onus incumbit. *l. 1. l. 2. §. ff advers. cred.* Plaset & illud, Si contractus ipso jure nullus fuit, creditoris esse probationem: si jure valuit, minoris, vide Molin. *de infter. qu. 38. num. 284.* 40 Venditio quoties fecunutate debitutur, pretii dati utilitas non fpectatur: fed ipsius tantum editionis vitium. vide *l. 2. §. 1. ff. h. t.* Venditorem, priori quam fecundo casu restitui utilis eft. 41 Solennitate prædii minoris venditio destituitur, quæ fit fine decreto. 42 Aliud eft, venditionem jure non fieri: aliud, minore pretio. 43 Minor adversus venditionem restituitur. *l. 27. §. 1. verf. item ex diverfis. ff. de minor.* vide *l. 1. l. 2. §. ff advers. vendit.* 44 *l. ult. J. h. t. l. 5. §. 9. §. 14. ff. h. t.* 45 *Sub. & similes causes:* de quibus vide Accurf. Nec enim, ut noftri loquuntur interpretes, taxativæ dictiones excludunt casus fimiles, in quibus par aut minor fit ratio. 46 Imo non fufficit, ut fit æs tantum alienum, fed etiam requiritur, ut creditores eum effecta, id eft, reipfa folutionem urgeant, ut ulterat ratio id exigat, et judici confiter, minori non extare res alias ex quibus poflit fatisfieri. *d. l. 5. §. 9. in fin.* ut res minus damnoso distrahantur, ne res magni momenti pro exiguo debito vendatur. *l. 7. §. 8. ff. de minoribus.* tutoris quoque autoritas requiritur, *l. 2. l. 3. §. de auctor.* causa cognitio, *§. 6. fupr. h. t.* decretum judicis. *l. 22. §. de adminiftr. tut.* & ut poft decretum intervenant fubhastationes. *l. 7. §. 8. ff. de minoribus.* legitimo tempore factæ. *argum. Auth. Hoc jus correctum. fupr. de facrofanct. eccles. l. 4. J. de fide & jure hoftat.* vid. Rol. a Valle *1. confil. 22.*

ETiam [1] vectigale [2], vel patrimoniale [3] sive emphyteuticum [4] prædium sine decreto Præsidis distrahi non licet. Dat. 8. Kal. Septemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

De pretio restituendo.

14. Iidem AA. & CC. Phrominio.

UTere viri prudentissimi Papiniani responso, cæterorumque, quorum precibus fecisti mentionem, sententiis, ac doli [5] mali exceptionem oppone, pretium ob [6] eorum [7] debitum solutum [8] probans, si sortem [9] cum [10] usuris, quæ fisco deberentur, pupilli non offerentes [11], fundos [provinciales] citra decretum Præsidis venundatos cum fructibus petant. Dat. 9. Kal. Decembr. ipsis CC. CONSS.

De prædio in solutum dato.

15. Iidem AA. & CC. Sabino.

SI minor vigintiquinque annis prædium rusticum, cum aliud [12] deberes, sine decreto in solutum [13] dedisti: dominium a te discedere non permittit Senatusconsulti auctoritas. Dat. 8. Kal. Decemb. CC. CONSS.

De rei vindicatione, vel condictione, & pretii restitutione.

16. Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

SI prædium rusticum, vel suburbanum (quod ab urbanis [14] non loco, sed qualitate [15] secernitur) in pupillari ætate constituta, tutore auctore; vel adulta sine decreto Præsidis provinciæ in [16] qua situm est, venundedisti: secundum sententiam Senatusconsulti dominium ejus, sive [17] jus a te discedere non potuit, sed vindicationem ejus, & fructuum [18], vel his non existentibus [19], condictionem competere constitit. Emptor autem si probare [20] potuerit ex ceteris facultatibus [21] obedire te muneribus [22] sive oneribus non potuisse, ad utilitates [23] præterea tuas cessisse pecuniam, quam pretii nomine sumpseras: doli [24] exceptionis auxilio pretium [25] cum usuris quas præstitura esses, & sumptus meliorati prædii servare tantummodo potest. Dat. 6. Id. April. *Anchialo*, CC. CONSS.

De prædio communi.

17. Iidem AA. & CC. Philippo.

INter omnes minores nec commune [26] prædium sine decreto [27] Præsidis sententia Senatusconsulti distrahi patitur [28]: nam ad divisionis [29] causam provocante tantummodo majore socio, ejus alienationem, & sine decreto fieri jampridem obtinuit. Dat. 7. Idus Decembr. CC. CONSS.

De debito fiscali.

18. Impp. CONSTANTIN. A. & CONSTANT. C. ad Senatum [30].

SI minores, vel ex patris nomine, vel ex suo, debitis [dumtaxat [31]] fiscalibus [32] urgentibus [33], vel ex privatis contractibus reperiantur obnoxii: decreti interpositio [a] Constantiniano [34] Prætore celebranda est, probatis examinatisque causis: ut patefacta rerum fide, firma venditio perseveret. Dat. 12. Kal. Januar. PROBIANO & JULIANO CONSS. 322.

TIT. LXXII.

QUANDO DECRETO OPUS NON EST.

De voluntate patris, vel testatoris.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Valentino.

SI probare potes, patrem [35] pupilli, cujus tutores convenisti, consensisse, ut reddito tibi prædio pretium reciperet: id, quod convenit, servabitur. Neque enim in ea re auctoritas Præsidis necessaria est, ut tutorum sollicitudini consulatur, si voluntati defuncti pareant. Dat. 6. Kalend. Januar. ANTONINO & GETA CONSS. 206.

De concessione Principis.

2. Impp. AURELIANUS A. Pulchro.

ILlud requirendum est, an adito Principe [36] Saturninus Vir Clarissimus specialiter jus venditionis acceperit: Ad initar enim præsidialis decreti concessio Principalis accedit. Dat. Id. Januarii *.

De voluntate parentis, vel testatoris.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Stratoniciano.

PRædium rusticum, vel suburbanum a minore vigintiquinque annis alienari sine decreto Præsidis, nisi parentis [37] voluntas, vel testatoris [38], ex cujus bonis ad minorem pervenit, *super alienando* eo aliquid mandasse deprehendatur, nulla ratione potest. Dat. 12. Kal. April. *Nicomediæ*, AA. CONSS.

De vestibus detritis, & animalibus supervacuis.

4. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum.

ET [39] sine interpositione decreti tutores & curatores quarumcunque personarum vestes detritas, & [40] supervacua animalia vendere permittimus. Dat. Id. Mart. CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. IV. CONSS. 326.

TIT. LXXIII.

SI QUIS IGNORANS [41] REM MINORIS ESSE, SINE DECRETO COMPARAVERIT.

De præscriptione.

1. Imp. GORDIANUS A. Felici.

SI ea quæ in jura tutoris, hereditario, vel honorario titulo successit, possessionem tuam vendiderit: si ut pupillarem distraxit; emptor qui sciens [42] a tutoris herede mercatus est, cum officium [43] morte finiatur, alienam rem comparando, de temporis intervallo nullam potuit acquirere defensionem. Si vero ut suam distraxit, ignoransque rem alienam emptor comparavit, neque statim [44] per traditionem [45] possessionis dominus effectus est, sed tantummodo adversus te statuti [46] temporis (cum [47] te legitimæ ætatis esse non diffitearis) potest uti præscriptione. Dat. 5. Idib. Septembr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De vindicatione prædii, & de fructibus.

2. Idem A. Crispinæ.

SI contra amplissimi ordinis decretum possessiones tuæ distractæ sunt, conveni earum possessorem, ut (si ita probaveris gestum) & possessio retrahatur, & fructus [48] universi revocentur, si non bona fide emptorem fuisse, qui emit, constiterit. Dat. 16. Kal. * GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De secundo emptore, & de præscriptione.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Agathæ.

POssessiones [tuæ] rusticæ, vel suburbanæ sine cognitione causæ & interpositione decreti contra Senatusconsultum alienatæ, nec a secundo [49] emptore recte tenentur, nisi statutum [50] temporis spatium intercesserit. Dat. Id. Februar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Si emens a donatario præscripserit.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

QUoniam [51] adversus emptorem, ad quem ex persona ejus cui contra Senatusconsultum donata [52] res est, justo titulo interveniente ea res de qua lis est, transitum fecit: requirere oportebit, an præsente priore domino, & majore [53] effecto, sine controversia bona fide decennio, vel absente viginti annis, qui quæstionem patitur, possessor fuisse monstretur. Quod si apud Gravitatem tuam manifeste constiterit, sine ulla cunctatione, habita longi temporis præscriptione, petitorem oportebit excludi. Dat. 6. Id. Jun. *Dorostoli*, CC. CONSS.

1 Id est, non modo minorum propria prædia, sed & vectigalia, id est, emphyteutica civitate, vel a Principe in emphyteusin accepta, vel conducta sine decreto alienari non possunt. 2 Vectigalia prædia, civitatum prædia emphyteutica quæ quis in emphyteusin a civitate aliqua accepit. *l. 1. ff. si quæ vectigalia.* 3 Patrimoniales fundi sunt qui ad Principis patrimonium pertinent. *infr. de fund. patr.* quorum alii privatis dantur in emphyteusin, alii locantur. 4 Emphyteuticari fundi, qui emphyteutice jure privatis dantur a principe, qui tamen patrimoniales sunt & dici possunt, quod ex patrimonio privato principis sint. *l. 12. infr. de fund. patrim.* 5 Doli mali exceptio datur interdum adversus pupillum. *l. 16. in fin. ff. de doli.* 6 Si tutor ex pretio fundi pupilli creditoribus satisfecit, fundum alienatum pupillus vindicare non potest, nisi fortem cum usuris emptori restituat. *l. pen. in fin. ff. de t.* 7 Id est, pupillorum. 8 *l. 13. in fin. ff. de t.* 9 Quod licitet pupillo profuit. 10 *l. 16. in fin. ff. de t.* 11 *l. 4. in fin. ff. de t.* 12 Immobilia pro alio debito non possunt in solutum dari sine decreto. *l. 4. ff. de t.* 13 Qui solvit, alienat. 14 Prædium rusticum ab urbano, non loco, sed qualitate differt. 15 Qualitas prædii quæ hic dicitur, alibi dicitur materia. vide *l. 198. ff. de verb. sign.* ὕλη 2. *Ecloge. 2. cap. 197.* genus vide *l. 166. ff. de verb. sign.* obscure: dicendum apertius: Qualitas est, qua quales dicimur: id fit autem non ex qualitatibus omnibus, sed his tantum quæ facile non mutantur. 16 Auctoritas interponenda est per judicem, ubi res ita est: interdum sufficit interpolita a judice domicilii. *l. 5. §. 12. ff. de t.* 17 Non tantum dominii pupillaris, sed & juris, puta servitutis vel emphyteuseos alienatio prohibetur. *l. 3. §. 5. ff. de t.* idque commune fundus pupillaris habet cum dotali. vide Cujac. 7. *obs.* 22. 18 Pupillaris fundus alienatus sine decreto judicis non tantum petitur: sed & fundi fructus. *Goth.* Vid. Johann. Cop. *de fructib. lib. 4. cap. 1.* Anf. 19 Conditio vindicationis subsidiaria. 20 Dixi ad *l. 10. fapr. h. t.* cui addit, negativam directo probari non posse. *l. 23. fapr. de prob.* 21 Mobilibus. *l. 5. §. 9. ff. h. t.* 22 Adde *l. 1. in fin. fapr. qui & adversf. quas.* 23 *l. 14. fapr. h. t.* 24 *d. l. 1. l. 7. §. 1. ff. de curat. furiosi.* 25 *d. l. 14. l. 15. §. 2. in fin. l. 5. in fin. l. 6. l. 7. ff. h. t.* 27 Sine decreto minor commune etiam prædium distrahere non potest: mixture socio provocante, sine decreto dividere potest, *ut hic.* Quid si major ad divisionem non provocet, & interim bona sua profundat? Posse etiam minorem immobilia sua dividere (etiamsi non provocetur a socio annis majore) putat post Cuneum Socinus *reg.* 228. Idem quoque existimat, quoties minor suam conditionem meliorem facit: facere autem meliorem intelligitur, quoties rixosum, vel damnosum habet socium & cum eo nihil quidquam commercii habere vult. *arg. l. fi convenerit. 14. ff. pro socio:* Bald. *in l. 1. fapr. ff. adversf. transf.* Quid major ipse bonis interdictus, poterittne minorem ad dividendum provocare? non potest. *l. ex cafrensis. 18. §. 2. ff. de cafrens. pecul.* Socin. *d. loco.* 28 Passive fumitur hoc verbum. 29 *d. l. 1. §. 2. in fin. d. l. 7. l. 20. ff. de arbitr. tut.* 30 Ad Sever. *Hal.*

31 *Ut & l. 12. fapr. h. t. tantum.* 32 Decreto intervenente res minoris alienari potest propter fiscale debitum, puta propter dacias & collectas. *Bald.* 33 *l. 5. §. 9. in fin. ff. h. t.* 34 De prætoribus Constantinopolitanis, dixi ad *l. 2. fapr. de offrat.* Decretorum interpositio propria pertinebat ad Constantinianum.

35 Conventione patris fundus hereditarius revendi potest sine decreto. *l. 3. infr. h. t. l. 7. fapr. de pacti. int. empt. l. 5. §. 6. ff. de reb. eor. qui sub tut.* 36 Consilii principis permittitur res pupillaris posse distrahi. Hinc Baldus: *Rescriptum principis*, inquit, *adeam aperatur, quod decretum infertur, solemniter enunciatum.* & Salicetus, *Concessio principis specialis habet vim decreti.* adde *l. 2. ff. h. t.* 37 *l. 1. fapr. h. t.* 38 Valet alienatio sine decreto facta testatoris voluntate. *l. 1. §. 2. ff. de rebus cor. qui.* 39 Pars legis 22. *in fin. fapr. de adm. tut.* 40 *d. l. 22.*

41 Quid si sciens? vide speciem apud Harmenopulum 5. *tit.* 11. §. 16. 42 Qui rem minoris tanquam minoris emit, non præscribit: si tanquam majoris & bona fide, quinquennio præscribit. 43 Officium morte finitur. *l. 17. fapr. de negot.* quædam tamen hodie confuetudinibus nonnullis hereditaria facta sunt, velut pincernarum, dapiferorum & his similia officia. 44 Qui rem alienam ignorans comparat, non fit statim dominus. 45 *l. 20. ff. de adq. rer.* 46 *l. 2. infr. tit. prox.* id est, quinquennii. vide *l. 3. infr. tit. prox.* 47 Præsumi quem majorem esse hoc ipso quod minorem se non contendit, ex hoc loco notat Baldus. 48 & hoc notandum, veteri etiam jure præscriptiones adversus minores non occurrisse, nisi majores factos: hoc est, ab initio non cucurrisse: quod & ex hoc loco, & *l. 4. infr. h. t. l. 3. infr. quibus non objectitur longi temporis præscriptio*, probari potest: hoc Justinianus hoc sibi tribuit *in l. ult. fapr. in quib. causis in integrum restitutio non est necessaria.* ubi post Placentinum refert Accursius Justinianum ea tam scribentem bibliothecæ suæ. 49 Rem suam sine decreto alienatam, minor cum fructibus vindicet, nisi emptor fortitus bonæ fidei. Is enim fructus lucratur, etiamsi præscriptionis tempus non impleverit. *l. 48. ff. de adq. rer.* 50 Minus legitime alienata vindicat minor etiam a secundo emptore, nisi secundus emptor sit munitus præscriptione. 51 Quinquennii fili. *l. 1. in fin. fapr. h. t. l. 2. l. 3. in fin. ff. tit. prox.* 52 Minoris res donata est absque sententia Judicis: donatarius eam alteri cuidam vendidit? Vult hæc constitutio emptorem (si minoris, cum justum titulum habeat possidendi, eam res pupillaris minor major factus fuerit, posse præscribere decennio, si minor ipse sit præsens: vicennio, si absens. *Synopf. Basil.* 10. *tit.* 4. *cap.* 62. 53 Emens qui ab eo comparat, cui minor donavit sine decreto, contra minorem præscribit, a die qua major factus est, decennio eo præsente: vicennio, eo absente. *l. 3. in fin. infr. tit. prox.* 54 Vide quæ scripsi ad *l. 1. in fin. fapr. h. t.*

TIT. LXXIV.

SI [1] MAJOR FACTUS ALIENATIONEM [2] FACTAM SINE DECRETO [3] RATAM HABUERIT.

Licet minor factus major ratam habeat alienationem prædii intra dimidium justi pretii venditi, potest nihilominus ipsum vindicare, nisi justum pretium suppleatur, vel in debito compensetur. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Liciniæ.

CUm proponas, curatorem patris tui non interposito Præsidis decreto prædium rusticum heredi creditoris, seu tutori ejus destinasse venundare, eamque venditionem [4] deceptum patrem tuum ratam habuisse, si minore pretio distractum est prædium, & inconsulto errore lapsum patrem tuum [5] perperam venditioni consensum dedisse constiterit, non abs re erit superfluum [6] pretii in compensationem deduci, quod Præsidis provisione fieri convenit, cujus solertiæ congruum est, si diversa pars bonam fidem non amplectatur, in [7] arbitrio ejus ponere, an velit possessionem cum fructibus restituere, ita ut fœnebris pecunia cum competentibus usuris restituatur. Dat. Non. Octobr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

2. Idem A. Alexandro.

SI [8] sine decreto Præsidis prædia tua a tutore tuo alienata sunt, nec speciali [9] confirmatione vel (si bona fide [10] possessor fuisse) statuti [11] temporis excursu id quod perperam est actum, fuerat stabilitum, Præses provinciæ possessionem in jus tuum retrahet. Dat. 7. Kalend. Januar. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI quando sine [12] decreto minorum, vel adhuc sub curatoribus constitutorum, vel per veniam ætatis eorum curam excedentium, res alienantur, vel supponuntur, & ad perfectam ætatem iidem minores provecti, longo [13] silentio [14] querelam hujusmodi tradiderint, ut inutilis alienatio, vel suppositio diuturno silentio roboretur, certum tempus ad talem confirmationem præfinitum esse censemus. Ideoque præcipimus, si per quinque continuos annos post impletam minorem ætatem, id est, post [15] vigintiquinque annos connumerandos, nihil conquestus [16] est super tali alienatione, vel suppositione is, qui eam fecit, vel heres ejus, minime posse retractari eam occasione prætermissionis decreti, sed sic tenere, quasi ab initio legitimo decreto fuisset res alienata vel supposita. † Cum [17] autem donationes a minoribus necdum decreto celebrari possint, si minor, vel post veniam ætatis rem immobilem donationis titulo in alium (excepta [18] propter nuptias donatione) transcripserit, non [19] aliter hoc firmitatem habebit, nisi post vigintiquinque annos impletos, inter præsentes quidem decennium, inter absentes autem viceninium donatore acquiescente effluxerit: ut tamen in heredis [20] persona illud tantummodo tempus accedat, quod post ejusdem [21] heredis minoris ætatem silentio transactum sit. Dat. Idib. April. DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. LXXV.

DE [22] MAGISTRATIBUS [23] CONVENIENDIS [24].

1. Imp. ANTONINUS A. Mutiano.

SI Magistratus a tutoribus seu curatoribus quos tibi dederint, sen nominaverint, stipulati [25] sunt *se eo nomine indemnes* [26] *futuros, & si quid præstitissent, repetituros*, inque eam rem fidejussores acceperunt: extra rem salvam fore satisdationem, actio, quam adversus tutores seu curatores tuos instituisti, alienam obligationem non resolvit. Sed adversus Magistratus qui curatorem dederunt, actio utilis ita [27] demum competit, si universis bonis excussis, revocatisque quæ eum in fraudem alienasse constiterit, indemnitati tuæ in solidum satisfieri non potuit. Quam si exercueris, mandatis tibi ab eis actionibus adversus fidejussores quos acceperunt, consistere potes, licet utilem actionem fine [28] cessione habeas. Accepta Non. Januar. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

2. Imp. ALEXAND. A. Paterno.

IN heredes [29] magistratus, cujus non [30] lata culpa idonee cautum pupillo non est, non solet actio dari. P. P. 3. Non. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Magistratus qui sunt solvendo habent beneficium divisionis.

3. Imp. GORDIANUS A. Probiano.

SI tu & collega [31] tuus, cum Magistratu fungeremini, minus idoneum tutorem dedistis, cautionemque idoneam non exegistis, nec alias servari pupillo indemnitas potest, & utrique solvendo estis, pro [32] virili parte, in vos actionem dari non injuria postulabis. Dat. 8. Kal. Novemb. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Contra Magistratum agitur in subsidium, id est, excussis tutoribus, collegis & fidejussoribus. Salic.

4. Idem A. Aruntiano.

ADversus nominatorem tutoris, vel curatoris minus idonei non ante perveniri potest, quam [33] si bonis nominati, itemque fidejussoris ejus, necnon collegarum, ad quorum periculum consortium administrationis spectat, excussis, non sit indemnitati pupilli, vel adulti satisfactum. P. P. Id. Martii, ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

Sufficit tutores fuisse solvendo tempore depositi officii, ut ad magistratum non possit perveniri.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Eugeniæ.

IN Magistratus municipales [34] tutorum nominatores, si administrationis [35] finito tempore non fuerint solvendo, nec ex cautione fidejussionis solidum exigi possit, pupillis quondam in subsidium [36] indemnitatis nomine actionem utilem competere ex Senatusconsulto, quod auctore Divo Trajano, Parente nostro, factum est, constitit. Dat. 7. Idib. Decemb. ipsis AA. CONSS.

6. Imp. ZENO A. Æliano P. P.

CUm sit adjecta Prætoris [37] sententia, generalem curatori administrationem mandantis, & quod eam pro more sequitur [38] decretum pariter sit compositum: manifestum est non curatoris dationem fuisse invalidam: sed in æstimanda [39] adultæ substantia, Scribæ [40] vitium, qui tanquam non [41] amplius ducentis libris auri patrimonium valeret, fidejussorem acceperat, intercessisse: in quo casu non [42] curatoris erit ratio reprehendenda, si qua læsio rebus minoris illata fuisse adversus legum ordinem comprobetur: sed super negligentia [43] vel dolo Scribæ, qui veram substantiæ taxationem passus est occultari, legibus [44] erit agendum. Dat. 5. Kal. Januar. BASILIO V. C. CONS. 476.

1 Adde *lib. 2. tit. 46. fapr.* differunt tamen inter se: hic enim titulus est, de causis quæ ipso jure nullæ sunt: ille de his, quæ nisi ratæ habentur, rescindi possunt. 2 Venditionem *Hal.* 3 Et ita hic titulus pertinet ad causas quæ ipso jure nullæ sunt. 4 Venditoribus competit beneficium *legis 2. & 8. fapr. de rescind.* 5 Beneficium *d. l. 2.* competit heredibus. 6 Res ita habet: Patris mei curator fundum dignum quadraginta, paterno creditori, cum id tantum decem deberetur, in solutum dedit. Pater major factus, venditionem ratam habuit, mox decessit? possum eo casu adversus creditorem agere, vel ad supplementum juris pretii, vel ut fundus cum fructibus restituatur, refusis ei forte fœneris, quæque usuris, & ita partis rathabitio venditionem ipso jure nullam confirmare potuit. Patris confirmatio potestatem mihi ademit agendi jure minoris, jure majoris non ademit. non dico venditionem omnino nullam, jus illud est minoris. Dico patrem deceptum fuisse ultra dimidiam justi pretii: quod cuivis majori licet dicere. 7 Dixi ad *l. 2. fapr. de rescind.* 8 Si sine decreto venditio facta est, & ne major quidem factus venditionem ratam habuerit minor, neque longo usu *κατὰ χρόνον* proprie, rem comparaverit emptor bonæ fidei, qui emit, cum fructibus eam restituit. *Synopf. basil. cap. 64.* 9 *Ut l. 1. fapr. h. t.* 10 *l. 1. fapr. tit. prox.* 11 *l. 1. l. 3. fapr. tit. prox.* quinquennii *l. 3. fapr. h. t.* 12 Si ne decreto alienata res pupilli vel minoris cui vel curator est, vel ætatis venia concessa est, rata est, si post vigesimum quintum annum ætatis ipse minor ejusve heres quinque continuis annis nihil conquestus fuerit, *ut hic: Synopf. Basil.* 10. *tit.* 25. *c.* 4. & 1. *Harm.* 12. §. 32. Goth. Intellectum hujus *l.* vid. apud Montan. *de Tutel. cap.* 33. *num.* 511. 557. 567. & *seqq.* Anf. 13 Longum silentium, quinque anni, *ut hic.* 14 Tacitus consensus supplet defectum decreti. 15 Præscriptio quinquennii minori curri ab anno vigesimoquinto impleto. 16 Hinc colligunt, simpliciem querelam coram vicinis ratihabitionem impedire. 17 Donare etiam cum decreto res suas minor non potest. Quid si ætatis venia impetrata rem donavit & post vigesimum quintum ætatis annum decennio, præsens: vicennio absens tenuerit? donatio confirmatur. Quid si antequam id tempus expleretur, decesserit? intra residuum tempus licet ejus heredi donationem revocare: post completum tempus non liset. Quid si ipse minor propter nuptias donaverit? rata vel ab ipso initio donatio est, *hac lege: Synopf. Basil.* 10. *tit.* 25. *c.* 4. & 1. Harm. 12. §. 33. adde *l. 16. ff. de minoribus*: adde *fapr. tit. de adversus donationem*: vide tamen que scripsi ad *l. 8. fapr. de prædiis minorum.* 18 Prima exceptio regulæ. minor donare propter nuptias poteit: ut polit, dixi ad *l. 8. fapr. de prædiis minor.* An & dotis causa minor sua prædia donare poteit? dixi ad *l. 4. fapr. de jure dot.* 19 Secunda exceptio, Donatio facta a minore silentio longi temporis firmatur, id est decennio inter præsentes: vicennio inter absentes, computatione facta a majori ætate donatoris. 20 Silentium heredis idem operatur quod silentium defuncti. 21 *Eiusdem ætatem heredis: non ut fieretur Cr.* & ita legit Accursius: quod ita Græci recte interpretantur, *ἵνα τὸ λοιπὸν τῦ χρόνε διάγημα ὁράσῃ τὸ κληρονόμῳ αὐτῦ ἡνικάτ Θ.* vide Cujacium apud Paul. 1. *sent.* 9. §. 4.

22 Vide *L. 27. D. 8.* 23 *Sub.* municipalibus vel duumviris qui tutores vel curatores dederunt, aut nominaverunt, nec ab iis satisdationem exegerunt, res suas salvam fore: ut hinc confet, hanc actionem pertinere qui tutores & curatores qui satisdare tenentur, ut sunt legitimi & dati sine inquisitione: non ad testamentarios, eosve qui inquisitione dati sunt. *l. ult. fapr. de auctor. præstanda.* Et hæc in provinciis. Nam in urbe alia ratio est. dixi ad *l. ult. infr. h. t.* 24 Non est hic titulus ullus tus apud Gallos. vide Bugnon. *in legibus abrogat. duobus locis.* 25 Subsidiaria est hæc actio, quia prius quam eatur ad Duumviros, dicuti oportet bona tutoris vel curatoris, & revocari actione Pauliana, si quæ tuæ vel curatoris alienarit in fraudem minoris: item excutiobona fidejussorum, & collegas tutorum, qui ipsos tutores suspectos non fecerunt, *ut hic, & l. 4. l. 5. fapr. h. t.* 26 Judicem non corrumpit, qui indemnitatem ei pollicetur: per contrarium, Judex corrumpitur non censetur, qui indemnitatem illi pratheri stipulatur. adde *l. si quis uxori. 52. §. si fugitivum. 12. ff. de furti. l. cum pro quo. 17. ff. de noxa vocando.* 27 Utilem actionem legis cautione habens, directas quoque sibi mandare recte potest petere. *l. 1. §. 1. vers. sin autem ab alio. ff. de superfic.* 28 Vide quæ notavi ad *l. 1. l. 4. ff. rem pupill.* 29 *l. 1. §. 7. l. 4. l. 6. ff. h. t. §. 2. in fin. fapr. de fatend. tut.* 30 Hanc negativam Cujacius 13. *obs.* 39. expungit: ut & in *l. 2. fapr. de her. tut.* 31 Collega quid? vid. *l. 173. ff. de verb. sign.* 32 Simul delinquentes collegæ utiliter tenentur, si ambo sint solvendo: *vel ita*, Magistratus qui sunt solvendo, habent beneficium divisionis. adde *l. 1. §. 9. l. 7. in fin. ff. h. t.* 33 Contra magistratum agitur in subsidium, id est, excussis tutoribus, collegis & fidejussoribus. *l. §. 1. h. t.* 34 *l. 2. ff. h. t. l. 2. §. pen. ff. ad municipalem.* 35 Sufficit tutores fuisse solvendo tempore depositi officii, ut ad magistratum non possit perveniri: adde *l. 5. in fin. ff. de confirm. tut.* 36 *l. 4. fapr. h. t.* 37 *Sub.* tutelaris, de quo vide que scripsi ad *l. 1. fapr. de tutoribus & curatoribus illustrium.* Goth. Intellect. hujus *l.* vid. apud Leonin. *emendat. lib. 2. c. 14. n.* 18. Anf. 38 Præpositionem dubitationem facere in hac lege quidam putant, inquit Baldus: quasi administratio generalis ante decreta fuerit, quam inventarium factum fuerit, aut datus fidejussor. Verum Scindum est hanc legem pertinere ad magistratus majores, puta prætores & præsides: in quos tametsi a dato tutore, vel curatore satisdationem non exegerint, rem pupili salvam fore, non datur tamen hæc subsidiaria actio: sed in forisam qui non idonee satis exegerit: & in eo hæque Magistratus majores a municipalibus magistratibus differunt. 39 Si scriba (qui inventarium composuit) minorem æstimationem fecit, & ex ea fidejussorem recepit, tenebitur minori actione in factum, neque eo tamen datis curatoris vitiabitur. facit *l. 1. §. 8. ff. h. t.* dixi ad *l. 28. fapr. de jure dot.* 40 Præsidis vel prætoris sc. non cujusvis judicis: clarissimus enim appellatur in *Nov. 94. in epilogo*, & evidentius in Novella Constantini Porphyrogennetæ *περὶ τῶν συνοφίλων τῦ σκρίβε.* vide Cujac. 16. *obs.* 14. 41 Inventario rerum minoris æstimationem earum adjiciendam esse ex hoc loco notant. *arg. l. si quis intra.* 7. *ff. de bonis profer.* Sed tamen Baldus æstimationem præcise non exigit, sed earum designationem certam tantum, forte quod in rebus minorum æstimandis ipsi tutores possent decipi. 42 Vendens curator rem fui pupilli, vel adulti, uti ea in inventario publica autoritate (hoc est, a personis publice ad id destinatis, vel a judice datis,) æstimata est, non tenetur, licet eam minoris vendiderit, quam reipsa valeat, *ut hic*; nisi eam æstimationem injustam esse, ex publica vicinis & adjacentibus in locis fama constare et potuit. *arg. l. si tutor. §. 3. de periculo tutor.* 43 Notarius de dolo & imperitia tenetur. 44 Notarius omittens exscribenda deferibere, vel in inventarium referre, in quod intercit parti tenetur.